

25

Anecdota Augustea

ad

C O R P O R I S D O C T R I N Æ

historiam spectantia
publicat,

A nnææqve Scholæ

conata

XII. D. Iul. a. 1729. D. d. perficienda
reverenter ac decenter
indicit

M. Christianus Augustus Freyberg,
Rect.

D R E S D A E,
Io. Conr. Stößelius, Typ. Aul. impressit.

PRIMAM, qvam hoc titulo notatam superiore anno emisi, schedam non ingratam fuisse intellecti antiquitatis amatoribus, & iis præcipue, qvi aliquam cupiditatem habent notitiæ rerum in patria gestarum, è tenebris autem, in quibus diu jacuere, studiose nunc demum erutaram. Mentionem de illa palam quoque fecit amicus meus, Vener. Dn. GAUHIVS, meumque *historia fragmentum*, in *Hungariae* monumentis plurimum studii consumens, recta serie cum anteactis connexum apte ac convenienter explanavit, (a) & exitum simul, quem omnia habuerunt, illætabilem ostendit. Alia igitur expedita manu in lucem hodie profero *Augustea avindom*, *Bohemia* qvæ vicinæ *res* attingunt *sacras*, & ad lacunam qvandam olim in illis explendam forsan conducent.

Magna qvondam apud *Bohemos* quoque erat *Melancthonis* autoritas, nobile nomen, laus scientiæ ac virtutis maxima, fama experientiæ singularis: qvod ipsum vero ecclesiæ utinam non illi gravibus alias ac longinquis procellis agitatæ majus detrimentum attulisset! Manes ego *Philippi* violare nolo, nec de rebus ejus bene gestis unquam detrahere cupivi; hoc tamen du-

a) Cum LAMP. Hist. Eccl. Reform. in Hung. scienter in epitomen redigeret. T. F. Samml. v. 2. II. N. VII. Beyer. a. 1748. p. 1091.

dudum historiæ edocuerunt me, *Melanchthon* ad cœlum evecto, detrusum tantum non statim ad umbras fuisse *Lutherum*, *Philippo* in principiis collocato, negletum sensim & posthabitum fuisse *Martinum*. (b) In *Bohemica* non minus evenit illud, qvam in cæteris ecclesiis Slavonicis per tot regna ac provincias dispersis, scriptisqve *Philippi*, nullo eorum habito delectu, vernaculo etiam harum gentium sermone divulgatis, optimarum partium passim studium decrevit, *Primum Truberum*, *Carniolanum*, interpretem se talem præbuisse civibus suis alibi relatum legimus: (c) sed cum eo viro rem mihi hîc futuram esse nemo existimet, qvum *Lutheri* qvoqve illum qvædam in patriam traduxisse orationem inter omnes, qvi de eo memoriae prodiderunt, constet. De alio potius jam coimmemorabo obscuri adhuc nominis homine, cujusqve nec *Adrianus Regenvolcius*, (d) nec quisqva ulla meminit, *Sigismundo* scilicet de *Monte Leonis*, (e) qvi *Bohemus* genere non incelebre illud *Corpus Doctrinae* in suam lingvam transtulit, AUGUSTO que Septemviro opus recens effictum his, qvæ seqvuntur, literis a. M D LXXIV. qvam diligentissime commen-davit.

(b) I. Müll. Hist. des Concordien-Buchs P. I. p. 150. sq.
(c) v. Adam. Vit. Theolog. Germ. t. 275.

(d) vero nomine *Andreas Wengersius*, v. Blaun. Script. Polon. p. 167. sq. Systematis Historico-Chronologici ecclesiarum Slavonicarum a Thoma Wengersio, fratre, Traj. ad Rhen. 2. 1651. Gisb. Voetii ope primum editi autor.

(e) forsitan Löwenberg.

Illusterrime & Inclite Princeps Elector, Domine Domine clementissime, Celsitudo Vestra gratoe sciat, me jam tandem, auxilio divino, *totum & integrum Corpus Doctrina Christiana*, vltima die Februarii hujus 74. Annis, Vitembergæ in Lingvam Bohemicam vertisse & absolvisse, quemadmodum Celsitudo Vestra Illustriss. ex literis (f) adjacentibus celeberrimæ Academia Vitembergensis, gratoe intelliget. Porro restat, vt Celsitudo Vestra Illustriss. gratoe dignetur, Dominis Secretarijs, Cel. Vestra Cancellaria, clementer committere, *Litteras commendaticias*, ad Ordines & Principes Confessionis Augustanæ, hoc est, vera & sincera Evangelica Doctrina pro colligendo auxilio, in Papirum & Impressionem, adeoque consequendo Evangelicos Duces in Deffensores (g) Verbi Dei, propter solennitatem & autoritatem Libri, inter quos Celsitudo Vestra Illustriss. primum & summum locum tenet, *nuper ex Cancellaria Celsitudinis Vestrae Annaburgi mibi editas, renovare, ut non tantum de majore parte Versionis, sed de tota & integra translatione Corporis Doctrina testentur.* Opus enim erit in Expensis, ultra semialterum mille Taleros, nam Exemplar Bohemico idiomate scriptum, plus minus *paginas mille* continebit, & *Nemo adhuc quicquam contulit præter solam Cel. Vestram.* Samuel Bibliopola Vitembergensis, Exemplar Bohemicum, propriis impensis imprimendum, recusavit dono & gratia a me accipere, qvi alias hoc genus vita exercet, qvod Res Bohemicæ illi essent ignota, & Exemplar magnis Sumptibus & Laboribus indigeret. *Secundo* restat, ut Bohemicum Exemplar, ante impressionem & compositionem Formarum, sedulo & diligenter a me relegatur & corrigatur, vt per omnia Idioma Bohemicum, cum Sententia Authoris, proprie, congrue & eleganter cohæreat, & quo felicius & perfectius Correctio ista absolvatur, cum eo ventum fuerit, vnum aut alterum Bohemorum mihi adjungam. De propria enim & genuina Authoris Sententia, a me, Dei gratia affsecuta dubitandum non est, quemadmodum jam ante Bohemi, Vitembergæ degentes, revera experti sunt, & Testimonium in Academia prohibuerunt, (h) & Viri Clarissimi ex Academia Vitebergensi, ea de Re, ad Illustriss. C. Vestram prescriperunt. Vera igitur & propria sententia Authoris in Bohemico Exemplari posita & expressa, non est magnopere timendum, de Orthographia & Constructione Idiomatis Bohemici, qvod me etiam beneficio Dei præstaturum & absoluturum confido, prout fieri consvevit, in corrigendis

&

(f) minus vero honorifice de Sigismundo dicentibus v. p. 15.

(g) ex ungve leonem nostrum astimemus, & hic & passim.

(h) prossus diversa leguntur p. 15.

& imprimendis Libris, vbi Compositores Formarum, ex paginis bene correctis, componunt, & deinde correctas Formas imprimunt. *Tercio* restat Ut *Academia Vitembergensis*, Corpori Doctrinæ Bohemico, suam Præfationem ad meam petitionem premitat, Doctrinam hanc Cœlestem Ordinibus Regni commendet, a Doctrina Antichriffiana Papæ Seçtis & alijs fanaticis hominibus, Idolatria & Hypocrisi caendum sibi esse, sed in vera Contritione & fide conuertendum, & in Euangelica obedientia fortiter standum, & strenue ad finem usq[ue] militandum esse præmoneat &c. Ego in Præfatione mea dicam me, Bohemis, *Corpo Doctrinæ*, declarasse, quid sit Auguſtana Confesio, & quales Christianos exigat, quam a Cæſare sibi concedi petierunt, addam admonitionem ad constantiam, exemplo majorum, Item, admonebo gratitudinis erga C. Vestram, *Cujus Beneficijs, Corpus translati* & in Lucem illis addidi, Hic opus erit perfecta & artificiosa commendatione per omnes Circumstantias, vi illorum grata officia, pro dignitate & meritis, Cel. Vestrae Illustrissimæ respondeant, &c. Cum igitur *Corpus Doctrinæ* translatum, tot laboribus & sumptibus adhuc conflaturum sit, Celsitudini Vestrae Illustriss. supplico, dignetur mihi clementissime super totum *Corpus Doctrinæ*, in Bohemicum Idioma versum, *literas commendaticias*, ad Evangelicos Principes & Ordines, ad formam vel exemplar priorum adornatas & construendas, concedere, vt, hac ratione, eciam reliquas hujus négocij partes plenas grauiſſimorum laborum, moleſtiarum ac periculorum, Dei & Piorum auxilio, ad laudem & gloriam Altissimi, multorum hominum salutem, & Celsitudinis Vestrae Illustrissimæ honorem & futuram Vtilitatem, fæcliciter ad finem perducere valeam.

Vestræ Celsitudinis

Servitor

promptissimus

Sigismundus de Monte Leonis, mpp.

Liquidō hic appareat omnibus, facile fuisse qvibusdam, deducere pium Principem, (i) ut causam libri (k) suscipere, (ii) ut 3 ret,

(i) Sic mali quoque consultores Christianum deinceps I, impulerunt, ut *Concordie libro abrogato Corpus doctrinæ restitueret*, de quo triumphat *Regenſolſcius*, I. c. p. 53.

(k) iconē etiam illius decorandi, v.p. 15.

ret, cui dicam in Torgensi non multo post conventu Theologi convocati scripserunt, ante vero id tempus quatuor & triginta sub Plaviensium D minorum potestate viventes, divinamque vitæ viam vere docentes, neque quemquam curantes Viri fortiter graviterque obstiterant. (1) Et acrius sane in apparandis his dapibus Bohemicis Aulam (m) occupatam fuisse, quam Academiam, quod imprimis mirandum est, Wittebergensem (n) ex publicis illius, quas adjiciam, literis patebit. Ipsi Patriæ Patri AUGUSTO inscriptæ sunt.

Snad vndt fried vonn Gott dem Vatter durch Christum Jesum unsern Eynigen vndt warhaftigenn Erlöser, sampt unserm Andechtigem ge-
beth vndt vnderthenigstem gehorsam zuvor,

Durchlauchtigster Hochgeborener Churfürst, gnedigster Herr, Dem-
nach E. Cf. G. ungefährlichen vor vier Monaten uns gnedigst befiehlich
Thuen lassen, wegen der Bohemischen Version, des Corporis doctrinæ,
so vonn dem Bohemo Sigismundo de monte Lionis (o) surgenommen, das wier
dieselbe, ehe dem sie In Druck gegeben, zuuorn übersehenn vndt vleys an-
wenden soltten, damit solche translation Inn allen Puncten vndt stücken, mit
dem Original Inn unserm Lateinischen Corpore oberein kommen möchte,

Als habem vier vnderthenigst, sochem E. Cf. G. gethanem befiehlich zu fol-
ge, ehliche Behemen (s) In dieser Uniuersitet Studiren, vndt der Lehre
unserer Kirchen vndt der Latinischen, vndt Behemischen sprach kündig)
hierzu alsbalde verordent, welche ehliche Actickul Inn der Behemischen Ver-
sion übersehen, vndt Ihnen, so viel das wergl an sich selbst anlanget, solchs
nicht vbel gefallen lassen. Aber gleichwohl allerley particularia gefunden, die
einer nothwendigen enderung bedürfsten, Welchs sie vermeinet alsdann
am süglichsten geschehen möchte, Wan ein Stück nach dem andern In
Druck gegeben vndt also mehr Zeit zu der Emendation könnte genommen
werden. Haben E. Cf. G. wier auch In vnderthenigkeit vor dieser Zeit be-
richtet, vndt haben E. Cf. G. gnedigste meynung ferner daruff vorgenommen,
das dieselbe zu Besürderung Gottes Ehren vndt aufbreitung der warhaft-
ten Christlichenn lehr In vielen Landen, gnedigst geneiat, vndt woll zu frie-
den. Das, nach Volendung des Jenigen so an der Versionn noch geman-
gelt,

(1) v. Hutt. Conc. c. p. 34r. (m) ab aseclis Philippi adhuc obsecram.
(n) moleste sedulam & solicitam de gloria Philippi. (o) Autographum seqvor.

gelt, vndt nach besserung derer stück darinnen eine enderung von nötzen, Solch werck auch vnder E. Cf. G. Brustbildt In Druck aufgehen soltte, Duhm hatt obgedachter Bohemus, vndt derselben Zeit an, sich alhier auffgehaltten, Es berichten aber die Jenigenn, so wier zu vleyfiger erscheinung der translation vorordent, das allenhalben mangel surfelt, beydes soviel den eygentlichen Sentenz vnde vorstande anlanget, vndt was dann auch die eygenschafft vndt art der Behemischen Sprach betreffen thuet, vndt gleichwohl Ihrer zu einem soichenn werck nicht gnugsam, Auch ekliche vonn Thnen mitler Zeit vonn ihnen zu diensten abgesfordert, vndt der Bohemus Sigismundus selbst sie zu Richtern zu dulden nicht gemeinet, vndt die ganze Arbeite zu seinem Vorreyll, viel geldes damit zu überkommen, richtet vndt anstellet, Haben E. Cf. G. solchs wier Inn onderthenigkeit hinwieder zu berichten nicht vmbgehen können, Vndt demnach groſe Gefahr daruff steht, do Inn der translation eins oder mehr stück vonn dem Original vnsers Corporis doctrina abweichenn vndt mishellig sein sollte, vndt wier aber der Behemischen Sprach selbst nicht kündig, Auch die Jenigen, so bis daher darzu gebraucht worden, beydes seiner Person halben vndt die nicht wol erinnerung leiden könne, vndt wegen des wercks ann sich selbst ferner hierzu sich brauchen zulassen bedenken Tragen, Stellenn wier onderthenigst Inn E. Cf. G. bedencken, Wofern vielgedachter Bohemus Je mit dem Druck vorafahren wollte, Ob nicht dieses nothwendig, das ehr die ganze translation zuvorhin dem Vrtel erlicher Gelertter Wenner Inn Behem, so der Evangelischen warhaftigen Lehr zugethann, vndergebe, die da seine Version mit dem Latinischen Corpore doctrina mit allem vleys Conferirten vndt ehr vff derselbenn Christlichenn erinnerung, wo eine Befherung von nötzen, dies selbe mit gutem annehme vndt folgte, vndt also zu E. Cf. G. auch derselbenn Zeugnus brechte, damit der translation wegen desto weniger gefahr zu besorgen sein möchte, Befehlenn hiemit E. Cf. G., Ihr hochlöblichs Gemahel, Junge Herrschaft vndt Freylein dem Allmechtigen In seinen schutz vndt schirm, Der solche semplicienn bei langem leben, glückseliger Regierung vndt aller wolsarth gnediglich erhalten vndt bewaren wolle, So seindt wier auch E. Cf. G. Inn onderthenigstem geborsam judienen Jederzeit schuldig vndt vorpflicht, Gebenn den XII. Tag Martii Ao. Christi ic. Im 74.

E. C. F. G.

vnderthenigste Diener
Rector, Magister vndt Doctorn Ihrer
Universität zu Wittenberg.

Huc

Huc usque in conspectum inopinanti aliquando mihi venit interpres ille *Philippi, Stgismundus*: Sed semel visus nusquam gentium iterum posthac comparebat. Spectrum forsitan fuit, quod ex majorum quoque nostrorum oculis cum tota statim machina sua, *Corpore videlicet doctrina Bohemico*, evanuit. Ad quod credendum induci si quis nequit, is umbram investiget, manes reducat, membra corporis aut distracta, aut coharentia adhuc monstrat: Rem gratam se facturum sciat, & *Grammaticis Bohemicis, & Slavicarum reliquiarum custodibus, & literarii regni civibus, & nobis.* More a majoribus tradito haec praefatus sum pluribus verbis: nunc, quae restant, capitulatim dicentur omnia. *Philosophiae, Theologie, Juris prudentiae & Medicæ artis laudes, incitati a se ipisis, prædicabunt quatuor hi Juvenes,*

Christianus Grahil, Alterens Misn.

Christianus Schmidt, Tharant.

Joannes Godofredus Trachbrod, Micro-Roesen. Saxo,

Joannes Georgius Zumpe, Seyfersd. Misn.


latine gentis ore omnes locuturi. Qyam quisque dominam amplectetur quondam, eam celebrare dignum se duxit. *Prodromi & Pedissequi partes excipient*

Daniel Gottlob Gerstner, Chemnic.

Christian Friedrich Liscovius, Dobiens. Nariscus,

versibus usi latinis impariter junctis. Duo ex his, castorum, dum vita manebat, sacerdotum filii, ex schola mox demigrabunt hac, ad *Saxones* suos *Wittbergenses* *Trachbrodius*, tempus apud eos legibus omne daturus, ad *Bernates Helvetios*, a vunculumque inter illos iuum, *Gottschallum, Liscovius*, in celebri & copioso hujus bibliopolio eruditorum arma tractatus: Utique igitur bene de se meritis debitas pia mente, pio animo aget gratias, uti nos utrique alacri voto accurrimus, & late quævis ac prospera precamur. *Declamationibus autem his juvenilibus, & Musice simul admixta ut PRÆSIDES, PATRONI, FAUTORES, AMICI literarum, scholæ & nostri benigni, faciles ac prompti cras hora II. pomerid. audita adesse velint, obnoxie & impendio, precibusque omnibus oro ac obtestor.* Scrib. XI. D. JUL.

A. M DCC XXIX.




v

Pon IIo 615
vol 18

ULB Halle
002 693 135

3





B.I.G.

Black



Anecdota Augustea

ad

CORPORIS DOCTRINÆ

historiam spectantia
publicat,

Annææque Scholæ

conata

XII. D. Iul. a. 1729. D.d. perficienda

reverenter ac decenter

indicit

M. Christianus Augustus Freyberg,
Rect.

DRESDÆ,

Io. Conr. Stösselius, Typ. Aul. impressit.

